



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

13 De Pœnitentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVODLIBET. III. ART. XXVIII. XXIX.

dum se non est contralegem Dei, ut leuare fes-
cam de terra, vel iurare, apprehendatur errante con-
scientia ut contra legem Dei existens, & sic volun-
tas in ipsum feratur, manifestum est quod voluntas fer-
tur per se loquendo & formaliter, in id quod est contra legem Dei: materialiter autem in id quod non est contra legem Dei, immo forte in id quod est secundum legem Dei: & ideo manifestum est quod est ibi conceptus legis Dei, & ideo necesse est quod sit ibi peccatum. Et ideo dicendum est, quod omnis conscientia siue recta, siue erronea, siue in se malis, siue in indifferentibus est obligatoria, ita quod qui contra conscientiam facit, peccat.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod licet ha-
reticus qui iurat conscientia erronea contradicen-
te, materialiter loquendo, non faciat contra legem Dei,
tamen formaliter loquendo contra legem Dei
facit, ut ostensum est.

A D I I. Dicendum, quod si aliqui dicunt cōscien-
tia, ut faciat illud quod est contra legem Dei, si non
faciat, peccat: & similiter si faciat, peccat, quia igno-
ranta juris non excusat a peccato, nisi forte sit igno-
ranta inuincibilis, sicut est in furosis & amenuibus
qua omnino excusat. Nec tamen sequitur quod sit
perplexus simpliciter, sed secundum quid, potest. n.
erroneam conscientiam depondere, & tunc faciens
secundum legem Dei non peccat. Non est autem
inconveniens, quod aliquo posito aliquis homo sit p-
plexus, sicut sacerdos qui tenet cantare, si sit in pec-
cate peccato cantando, & non cantando, nec tamen
est simpliciter perplexus, quia potest paenitentiam
agere, & absque peccato cantare: sicut etiam in syl-
logisticis, uno quodam inconvenienti dato, alia con-
tingunt, ut dicitur in primo physicorum.

Q V A E S T I O X I I I .

DE INDE quæsumit est de paenitentia. Et circa
hoc quæsta sunt duo.
¶ Primo, Vtrum si aliquis sacerdos paenitenti dicat,
Quicquid boni feceris, sit tibi in remissionem pec-
atorum, sit satisfactione sacramentalis.
¶ Secundo, Vtrum ei qui prætermisit diuinum of-
ficium dicere, cum tenetur ad ipsum, possit impo-
nere alia paenitentia pro tali omissione, vel sit ei im-
ponendum quod iteret quod omisit.

A R T I C U L U S XXVIII.

Vtrum satisfactione uniuersaliter iniungenda a sacer-
dote sit sacramentalis.

A D P R I M U M sic proceditur. Videtur quod
prædicta satisfactione non sit sacramentalis. Sa-
cramentalis. satisfactione ad aliquid ligat: sed ille cui
prædictus modus satisfactionis indicat, ad nihil ligat.
ergo uidetur quod non sit sacramentalis satisfactione.

SED CONTRA. Illa uidetur esse sacramentalis sa-
tisfactione, qua perfecta ad nihil aliud homo tenetur:
sed paenitens, cui sic satisfactione iniungitur a sacer-
dote, nihil aliud teneri implere, cum nihil sit aliud
sibi mandatum. ergo huiusmodi satisfactione est sa-
cramentalis.

R E S P O N S U S. Dicendum, quod hic est quadruplici
distinctione videntur. Primo enim considerandum
est, quod peccator est debitor aliquius satisfactionis
duplicatione. Vno modo, ex iniunctione sacerdotis.
Alio modo, ex peccato commisso, unde si conti-
gar quod sacerdos minorum satisfactionem impo-

A ponat paenitenti quā sit illa ad quam obligatur
ex quantitate sui peccati, subtracto eo quod remit-
tit virtute clauium, & contritionis precedentis,
nihilominus paenitens ad aliquid ulterius obligat,
quod si in hac uita non perficit, in purgatorio exol-
uet: & econuerfo, si sacerdos imponat maiorem pe-
nitentiam quam paenitens facere teneatur penata
remissione, quod est facta per vim clauium & contri-
tionem precedentis, nihilominus paenitens teneat fa-
cere quod sibi iniunctum est, si adit facultas. Secun-
do, considerandum quod opus quod quis facit ex
iniunctione sacerdotis, duplicitate valet paenitenti.

B Vno modo ex natura operis; alio modo ex uia clauium. Cum enim satisfactione a sacerdote absoluente
iniuncta sit pars paenitentia, manifestum est quod in
ea operatur vis clauium, ita quod amplius valet ad
expiadū peccatum, quam si proprio arbitrio hō
sacerdoti idem opus. Tertio considerandum est, quod
satisfactione ad duo valet. Valet n. ad expiationem
culpæ præterita, valet & ad cauerlam cuiusque future;
sicut cum homo ieiunat, p. hoc præbetur ei reme-
diū contra futuras concupiscentias carnis. Item
quarto considerandum est, quod sacerdos potest
penitenti satisfactionem iniungere vel ex proprio
arbitrio, vel eiā ex consilio alieno. Est ergo dicen-
dum quod sicut potest sacerdos iniungere satisfac-
tionem paenitenti ex arbitrio alieno, & ex arbitrio
ipsius paenitentis, sicut si dicat, Facias hoc si potes,
& si non potes, facias hoc. Etsimile uidetur cum
sacerdos dicit, Quicquid boni feceris, sit tibi in re-
missionem peccatorum. Videtur autem satis con-
ueniens, quod sacerdos non oneret paenitentem graui
pondere satisfactionis, quia sicut parvus ignis a mul-
ti lignis superpositis faciliter extinguitur, ita posset
contingere quod parvus affectus contritionis in
paenitente nuper excitatus, pp graue onus satisfac-
tionis extingueretur peccatore totaliter delperan-
te. Vñ melius est quod sacerdos paenitenti indicet quā
ta paenitentia est si pro peccatis iniungenda, &
iniungat sibi nihilominus aliquid, quod paenitens
tolerabiliter ferat, ex cuius impletione afluat ut
maiora implent, quā etiam sacerdos sibi iniungere
non intentasset, & hæc quod præter iniunctionem
expressam facit, accipiunt maiorem uia expiatiois
culpæ pterita ex illa generali iniunctione quā sacer-
dos dicit, Quicquid boni feceris, sit tibi in remis-
sionem peccatorum, unde laudabiliter collocuit hoc
a multis sacerdotibus diei, licet non habeant maio-
rem uim ad præbendum remedium contra culpā
futuram, & quantum ad hoc talis satisfactione est sa-
cramentalis in quantum virtute clauium est culpa
commisso expiatioia.

Et per hoc patet responsio ad obiecta.

A R T I C U L U S XXIX.

Vtrum ei qui omisit dicere diuinum officium, sit iniun-
gendum ut iterato dicat.

A D S E C U N D U M sic proceditur. Vñ p. ei qui
omisit dicere diuinum officium, sit iniungendū
q. iterato dicat. Qui enim tenetur ad aliquid debi-
tum speciale impiendum, non potest liberari nisi
debitum soluat. Si ergo aliquis tenebatur ad hoc
debitum, ut scilicet diuinum officium diceret, ur
quod non possit aboliri, nisi hoc debitum soluat.

SED CONTRA est, quod paenitentia sunt arbitrii,
ergo pro peccato talis omissionis quæcumque fe-
na secundum arbitrium sacerdotis potest imponi.

R E S P O N S U S. Dicendum, quod in omni diuino of-
ficio

QUODLIBET. III. ARTIC. XXX. ET XXXI.

ficio est hoc commune, quod pertinet ad laudem Dei, & ad suffragium fidelium, sed distinguuntur officia ab alio secundum diversitatem temporum & locorum. Rationabiliter enim institutum est, ut diversimode Deus laudetur secundum congruentiam temporum & locorum, & ideo sicut in officiis diuinis exoluendis obseruanda est congruitas loci, ita etiam congruitas temporis, quae quidem obseruari non posset, si oportet in unigenitum omnitem, & horas diceret quas omnisit. Forte enim in Completo diceret. Iam lucis orto sydere, & in tempore paschali diceret officium dominice passionis, quod esset absurdum. & ideo d non uidetur esse iniugendum ei qd omisit dicere diuinum officium, qd horas eadem repeat, sed aliquid ad diuinam laudem per tinens, pura, ut dicar septem psalmos, vel vnu psalterium, vel aliquid amplius fm quantitatē delicti.

D. 24. Ad illud uero quod in contrarium obiicitur, dicendum, qd tempore debito officii præterente, iam est impotens ad solvendum debitum, & ideo quia hoc non potest facere, iniungenda est ei alia penitentia.

QVÆSTIO XIX.

DEINDE quæsumus est de creatura pure corporali.

¶ Et circa hoc quæsta sunt duo.

¶ Primo, De arcu nubium qui dicitur iris, utrum sit signum diluvii non futuri.

¶ Secundo, Vtrum possit demonstratiue probari, qd mundus non sit æternus.

ARTICVLVS XXX.

Vtrum arcus cœlestis sit signum non futuri diluvij.

Circa primum sic procedebatur. Vt quod arcus nubium non sit signum diluvij non futuri. Ille enim quod sit ex necessitate nature, non ut esse institutum ad aliud significandum: sed arcus nubium prouenit ex necessitate nature propter oppositionem solis ad nubem roridam. ergo non uidetur esse significatiuum diluvij non futuri.

¶ Præt. Huiusmodi apparitiones aeris, sicut iris, & halo, i. circulus continens solem & lunam, & alia huiusmodi, causantur præcipue ex vaporibus humidis in acre existentibus, ex quibz. leuant pluviae, quæ diluvium faciunt. ergo apparitus iridis magis est signum diluvii futuri, quam diluvij non futuri. ¶ Præt. Si est signum diluvij non futuri, aut est signum diluvij nunquam futuri, aut est signum diluvij non futuri usque ad aliquod tempus. Si autem est signum diluvij numquam futuri, non oportueret quod apparueret nisi semel. Si autem diluvij non futuri usque ad aliquod tempus, oportaret tempus esse determinatum, quod quidem determinari non potest nec auctoritate scriptura, nec ratione humana. ergo frustra huiusmodi signum datur.

S E D C O N T R A est, quod dicitur Gen. 8. Arcum nunc ponam in nubibus, & erit signum fæderis inter me & inter terram. & postea subditur. Et non erunt ultra aquæ diluvii ad delendum uniuersam carnem.

R E S P O N. Dicendum, qd in his quæ in ueteri testamento dicuntur, primo quidem obseruanda est ueritas literalis: sed quia vetus testamentum est figura noui, plerumque in ueteri testo sic aliqua propoundingur, ut ipse modus loquendi aliquid figurare de-

signet. Dicendum est ergo, qd quia cause rerum multos latent, effectus autem sunt manifestiores, propo-

nuntur effectus in designatione cauârum. Est autem considerandum, quod pluviarum causa efficiens quidem est sol, materialis aero, vapor humi-

dus eleuator ex terra & aquis per uirtutem solis: hec autem duo in triplici dispositione se possunt habere.

Quandoque enim calor solis omnino superuincit vapores & exsiccat eos, & tunc pluviae sequi non possunt: unde in Aegypto, & in terris multum calidis non sunt pluviae, in astante etiam propter pa-

pinquantem solis sunt pluviae raro, in hyeme vero frequentiores. Quandoque vero econtra, virtus solis ad hoc usque valer, quod vapores multiplicari, sed tamen non potest eos desiccari, & sic

G superabundant pluviae, & est ratio diluvii aquarum.

Quandoque vero medio modo schabet, ut si unus solis non solum operetur ad elevationem vaporum, sed etiam habet victoriam super eos, ut non tantum multiplicentur quod diluvium inducere possint: neque etiam vapores omnino desiccantur ut pluvia non sequatur, & ex hac media dispositione, vel comparatione solis ad vapores cauatur iris, que non appetit vaporibz. omnino desiccatis, neque etiam eis omnino in aere superabundantibz. & tunc iris est signum diluvij non futuri, in quantum procedit ex tali causa, qui repugnat diluvio. Ideo autem scriptura tal modo loquendū uitit, quia per idem significatur Christus, per quem protegimur a spirituali diluvio.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod iris procedit naturaliter ex talibus causis, que repugnant diluvio, & ideo conuenienter iris dicitur esse signum diluvij non futuri.

A D S E C U N D U M Dicendum, quod iris potest significare pluvias, sed non superabundantes, ut ad hoc, quod faciant diluvium.

A D T E R T I U M Dicendum, quod iris semel appartenens significat quod tandem non est diluvium, quando sol & vapores in eadem dispositione co-sistunt, & ideo non est superfluum quod frequenter appetatur.

ARTICVLVS XXXI.

Vtrum mundus non esse æternum possit demonstrari.

A D S E C U N D U M sic proceditur. Videtur quod ad demonstrationem probari possit, mundus non esse æternus. Si enim mundus esset æternus, non potest computari numerus annorum ab initio mundi: hic autem numerus acribiri paschalibz. cerco sic ergo non potest paschalis cereus in ecclesia bñdicari. ¶ Præt. Epactæ computari fecundum excretionem annorum lunarium super annos solares, talis excretionis computari non potest, si mundus esset æternus. ergo mundus non est æternus. ergo demonstrari potest quod mundus non sit æternus.

S E D C O N T R A Id quod est fidei, demonstrari non potest, quia fides est non apparentiam, ut dicit ad Hebr. 11. sed mundus ex quo dicitur principio temporis esse creatum, est fidei articulus: unde & propheticæ a Moysi dictum est. In principio creatus Deus celum & terram, ut Gre. dicit in Hom. Eze. ergo mundus non esse æternum non potest demonstratiue probari.

R E S P O N. Dicendum, quod ea quæ simplici uoluntati diuinæ subtiliunt, demonstratiue probari non possunt, qd aut dicit ad Cor. 2. Que sunt Dei, ne mo nouit nisi spiritus Dei. Creatio autem mundi non